



Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Super Acta Apostolorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75090](#)

alio ire quid ducitur, non voler? Sed si pensamus qualem animus appropinquate passione & mortis metu quatitur, & tamen de venturo regni præmio lætatur intelligimus, quo modo gloriösi certaminis subire periculum volens nolit: quia & in morte confederat, quod tolerans paveat: & in fructu mortis aspicit, quod appetens querat. Néque enim si plenissime Petrus nollet, pro Christo pati potuisset; sed martyrium, quod per infirmitatem carnis noluit, per virtutem spíritus amavit. Qui dum per carnem ad pœnas trepidat, per spíritum ad gloriam exultat:

*Hom. 3. in
Evang.
circ. med.*

*In exp. B.
Ioh. 1,1.c.16
Job int.
Philip. 2.
2.Cor. 3.*

actumque est, ut cruciatum martyrij nolendo volueret, sicut nos quoque cum gaudium querimus salutis, amarum poculum sumimus purgationis. Amaritudinem in poculo dispergit, sed restituenda per amaritudinem salus placet. Videamus Paulum quomodo amet quod refugit, quomodo refugiat quod amat, ait enim: *Desiderium habens dissolvi, & cum Christo esse: & mihi vivere Christus est, & mori lucrum.* Et tamen dicit: *Qui sumus in hoc habitaculo, in gemiscimus gravati, eo quid nolumus expoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur, quod mortale est à vita.* Ecce & mori desiderat, & tamen expoliari carne formidat. Cur huc: Quia etiæ victoria in perpetuum lætitat, ipsa nihilominus ad præsens pœna perturbat. Et quamvis vincat amor subiectus munera, tangit tamen non sine mærore animum pulsus doloris. Sicut enim vir fortis cum vicino iam belli certamine armis accingitur, palpit, & festinat: & tremit, & sicut, quasi pavore per pallorem cernitur, sed per iram vehementer urgetur: ita vir sanctus cum propinquare passioni se conspicit, & natura sua infirmitate concutitur, & spei sua soliditate roboratur, & de vicina morte trepidat, & tamen quid moriendo verius vivat, exultat. Ad regnum quippe non potest, nisi interposita morte transire, & idcirco confidit quasi ambigit, & quasi ambigendo confidit, & gaudent metuit, & metuens gaudet: quia scit quid ad bravium quietis non perveniat, nisi hoc quod interjacet, cum labore transcendat. Sic nos cum morbos à corpore repellere cupimus, tristes quidem, ut suprà diximus, amarum purgationis poculum sumimus, certi verò de subsequenti salute gaudemus. Quia enim pervenire corpus aliter ad salutem non valet, in potu libet etiam quod tædet. Cumque amaritudini ineffe vitam animus conspicit, mærore turbatus hilarebit. Bene ergo Dominus beato Petro prædicatori suo fortissimo post resurrectionem suam de futura ejus passione prædictum: *Cum seneris, extendes manus tuas, & aliis te cinget, & ducet, quòd non vis: quoniam etiæ ut homo ad vim perfectionis & mortis trepidavit, per spei tamē certitudinem ad præmium remunerationis exultat: quoniam erat vis interior amoris, qua dolorem vinceret carnis.* Nos igitur, fratres charissimi, Redemptorem nostrum pro nobis paßum, & mortuum verè resurrecte scientes, & nos quoque in futuro resurrecturos, & ei de nostris actibus rationem reddituros certissime credentes, beatum Petrum imitantes, in quantum possumus, adversitates, & hujus mundi persecutions pro vita perennis gloria patienter, & gaudenter sustineamus. Despiciamus cuncta praefixa, nulla etenim sunt in hoc mundo, que transire possunt. Turpe sit diligere quod constat cito perire. Non nos terrenarum rerum amor superret, non superbia inflet, non ira dilaniat, non luxuria polluat, non invidia consumat. Amore nostro, fratres charissimi, Redemptor noster occubuit, & nos amore ejus discamus vincere nosmetipso. Quod si perfectè agimus, non solum imminentes pœnas evadimus, verùm etiam cum beato Petro & ceteris martyribus communis gloria remuneramur. Nam quamvis occasio desit persecutionis, haber tamen pax nostra martyrium suum: quia etiæ carnis colla ferro non subdimus, spiritali tamen gladio carnalia

A desideria in mente trucidamus. Vitam igitur vestram, fratres, moresque componite: is, qui miris resurrexit ex morte, quād districetus in judicio veniet, prævidete. Certè in die tremendi examinis sui cum Angelis, cum Archangelis, cum Thronis & Dominationibus, cum Principatibus & Potestatibus apparebit, cælis ac terris ardentibus, cunctis videlicet elementis in sui obsequij terrore commotis. Hunc ergo tanti favoris judicem ante oculos ponite, hunc venturum timete, ut hunc, cum venerit, non timidi, sed fecuri videatis. Timendus est enim ne timetur; terror ejus nos ad usum bona operationis exerceat, metus illius vitam nostram à pravitate compescat. Mihi, fratres, credite: quia tantò tunc erimus secuti de ejus sententia, quantò nunc esse fatigimus suspecti de culpa. Si autem tantâ curâ permiscetur iudicium cuiuslibet potens, qui futurus est post hominem vermis, post vermem abjectissimus pulvis, qua intentione cogitandum est, qua formidine providendum tanta iudicium majestatis: Hoc ergo, fratres charissimi, tota intentione pertinefecite, hoo apud vos sollicita mente cogitate. Ecce solemnia Dominicæ resurrectionis annuè agimus, sed ita vivendum est nobis, ut ad æterna pervenire festa mereamur. Transiunt enim cuncta, que temporaliter celebrantur, festiva. Curate, qui his solemnitatibus interestis, ne ab æterna solemnitate separamini. Quid prodest interesse festis hominum, si contingat deesse festis Angelorum? Umbra futurae solemnitatis, est solemnitas præsens & temporalis. Idcirco hanc annuè agimus, ut ad illam, quæ non est annua, sed continua, perducamur. Cùm hęc statuto tempore geritur, ad illius desiderium memoria nostra refricatur. Frequentatione ergo gaudij temporalis ad æterna gaudia mens incalcat & fervet; ut ex vereitate laetitia perfruatur in patria, quod de umbra gaudij meditatur in via, præstante Domino & Redemptore nostro Jesu Christo: *Qui resurgens ex Rom. 6, moruis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, qui cum Deo Patre, & Spiritu sancto in Trinitate perfecta vivit, & regnat Deus per infinita sæculorum sæcula. Amen.*

Finis expositionis in Evang. Ioannis.

INCIPUNT

CAPITVL A DE ACTIBVS

A P O S T O L O R U M .

- 1 Primum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, &c. Videntibus illis elevatus est, &c.
- 2 Cumque intuerentur in cœlum?
- 3 Iuda possebat agrum de, &c.
- 4 Matthias loco Iude statuitur.
- 5 Factus est repente de cœlo sonus.
- 6 Replevit totam domum ubi erant.
- 7 Apparuerunt illis dispensatæ linguae.
- E 8 Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cuperunt loqui variis linguis.
- 9 Mūsto pleni sunt isti.
- 10 Petrus Iudeos increpat.
- 11 Paenitentiam agite.
- 12 De clando, quem Petrus curavit.
- 13 Obedire oportet Deo, &c.
- 14 De sancto Stephano.
- 15 Et testes deposuerunt.
- 16 De Simone mago.
- 17 Pecunia tua tecum sit in perditione.
- 18 Saulus adhuc spirans.

N n n iij

- 19 Surge, & ingredere civitatem.
 20 Erat quidam discipulus Damasci.
 21 Vade, quoniam vas electionis mibi est.
 22 Ceciderunt ab oculis tanquam squamae.
 23 Paulus multò magis convalescebat.
 24 Paulus in sporta per murum dimittitur.
 25 Erat Paulus cum discipulis.
 26 Aenea, sanet te Dominus.
 27 De Tabitha à sancto Petro resuscitata.
 28 Cornelius vidit Angelum in visu.
 29 Mitte viros in Ioppen.
 30 Quod animalia in linteo videntur à sancto Petro.
 31 Petre, occide, & manduca.
 32 Ecce viri tres querunt te.
 33 Surge ne feceris: & ego homo sum.
 34 Non est personarum acceptor Deus.
 35 De Paulo in Lystris lapidato.
 36 Paulus Timotheum circumcidit.
 37 Apostoli vetantur in Asia prædicare.
 38 Mundus sum à sanguine omnium.
 39 Agabus Paulus prophetat.
 40 De spe, & resurrectione mortuorum iudiciorum.

INCIPIT EXPOSITIO
SUPER ACTA APOSTOLORUM.

CAPUT I.

AB. 1. b

Primum quidem sermonem feci de omnibus,
 ô Theophile, qua caput Iesu facere & docere usque in diem, qua precipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est: quibus & præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei, &c.

*Hom. 26. in
Evang. cir.
med. &
Hom. 29. in
princ.*

RESURRECTIO Domini nostri Jesu Christi, dubitantibus discipulis, per multa argumenta monstrata est, qua dum nos legentes agnoscamus, quid aliud quam de illorum dubitatione solidam? Quid enim resurrectionem Dominicam tardè crediderunt, non tam illorum infirmitas, quam nostra, ut ita dicam, futura firmitas fuit. Plus nobis Thomas infidelitas ad fidem, quam fides credentium discipulorum profuit: quia dum ille ad fidem palpando reducitur, mens nostra, omni dubitatione postposita, in fide solidatur. Discipulum quippe Dominus post resurrectionem suam dubitare permisit, nec tamen in dubitatione deseruit, ut dum in Magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanare infidelitatis: & dum dubitando vulnerum cicatrices tangeret, de nostro pectori dubitatis vulnus amputaret. Ad insinuandam quoque veritatem Domini resurrectionis notandum nobis est, quid Lucas subiungat, dicens: *Et conversens precepit eis, ab Hierosolymis ne discederet. Et post pauca: Videntibus illis elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Notate verba, signata mysteria. Conversens elevatus est, comedit & ascendit: ut videlicet per effectum comeditionis veritas patet erit carnis. In veteri autem testamento cognovimus quod Helias in celum aërum, quod terræ est

*Hom. 29. in
princ.*

A proximum, sit raptus, & sublevatus, ut in secretam quandam terræ regionem repente duceretur, ubi in magna jam carnis & spiritus quiete viveret, quoque ad finem mundi redeat, & mortis debitum solvat: ille enim mortem distulit, non evasit. Redemptor autem noster, quia non distulit, superavit, eamque resurgendo consumpsit, & resurrectionis sue gloriam ascendi declaravit. Notandum quoque est, quod Helias in curru legitur ascendisse, ut videlicet aperte demonstraret, quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Per Angelos quippe illa facta & ostensa sunt adjumenta: quia neque ad celum quidem aërum per se ascendere poterat, quem natura sua infirmitas gravabat. Redemptor autem noster non curru, non Angelis sublevatus legitur: quoniam is, qui fecerat omnia, nimurum super omnia sua virtute ferebatur. Illo etenim revertebatur, ubi erat: & inde redibat ubi remanebat: quia cùm per humanitatem ascenderet in celum, per divinitatem suam, & terram pariter continebat & celum. Sicut autem Joseph à fratribus venditus, venditio Gen. 37, nem Redemptoris nostri figuravit, sic Enoch translatus, & ad celum aërum Helias sublevatus, ascensionem Dominicam uteisque designavit: ascensionis ergo five sue Dominus pronuncios & testes habuit, unum ante legem, alium sub lege: ut quandoque veniret ipse, qui veraciter cœlos posset penetrare: unde & ordo ipse in eorum quoque utrorumque sublevatione per quedam incrementa distinguitur. Nam Enoch & per coitum genitus, & per coitum generans translatus. Helias vero per coitum genitus, sed non per coitum generans, ad celum subiectus esse memoratur; ut veniret postmodum, qui neque per coitum generans, neque per coitum generatus, nec translatus, nec subiectus, celum aethereum sua virtute penetraret. Qui nobis in se credentibus, quia carnis sua quoque munditiam largiretur, & sub eo per incrementa temporum, virtus constitutus excresceret.

CAPUT II.

Cumque intuerentur in celum euntem illum, AB. 3. b ecce duo viri astiterunt juxta illos in vestibus albis.

Q Uærendum nobis est, quidnam sit quod nato De solennitate Angelorum apparuerunt Angeli, & tamen non leguntur in albis vestibus apparuisse: ascende autem Domino, missi Angeli in albis leguntur vestibus apparuisse: in albis quippe vestibus gaudium & solemnitas mentis accendunt. Quid est ergo, quod nato Domino, non in albis vestibus, ascende autem Domino in albis vestibus Angeli apparent, nisi quod magna tunc solemnitas Angelis facta est, cùm celum Deum homo penetravit? Quia nascente Domino videbatur divinitas humiliata, ascende vero Domino est humanitas exaltata Albæ etenim vestes exaltationi magis congruent, quam humiliationi. In assumptione ergo ejus, Angeli in albis vestibus videri debuerunt: quia qui in nativitate sua apparuit Deus humilis, in ascensione sua ostensus est homo sublimis: sed hoc nobis magnoperè, fratres, in ascensione Domini pensandum est: quia deletum est chirographum damnationis nostræ, mutata est sententia corruptionis nostræ. Illa enim natura cui dictum est: *Terra es, & in terram ibis*, cum Domino ascende in celum ivit: pro hac ipsa namque carnis nostræ sublevatione, per figuram beatus Job Dominum autem vocat. Quia enim ascensionis ejus mysterium Judæam non intelligere Gen. 3. confinxit, de infidelitate ejus sententiam protulit, dicens: *Semitam ignoravit avis*. Avis ejus recte appellatus est Dominus: quia corpus carneum ad lob 28,

æthera libravit. Cujus avis semitam ignoravit, quis quis cum ad cælum ascendisse non creditit. Dominum ergo nostrum, fratres charissimi, ad cælos ascendisse & credimus, & quid intuitibus in cælum euntem illum duo Angeli assistentes juxta illos in vestibus albis dixerint, audivimus. *Viri, inquit, Galilei, quid statis aspiciens in cælum?* *Hic Iesus qui afflampus est à vobis in cælum, sic ventur quædammodum vidabis cum euntem in cælum.* Unde oportet ut illuc sequamur corde, ubi cum ascendisse credimus corpore. Desideria terrena fugiamus, nihil nos jam delectet in insimis, qui Patrem habemus in cælis. Et hoc nobis est magnopere perpendendum, quia is, qui placidus ascendit, terribilis redibit: & quidquid nobis cum mansuetudine præcipit, hoc à nobis cum districione exigit. Nemo igitur indulta pœnitentia tempora parupendat, nemo curam sui, cùm valer agere negligat: quia Redemptor noster tantò tunc in judicio districtio venit, quantò nobis ante judicium magnam prætrogavit patientiam. Hæc itaque vobiscum, fratres, agite, hæc in mente, sedula cogitatione versate, quod Dominum credimus ad cælum ascendisse. Ehi adhuc hic tenemur infirmitate corporis, sequamur tamen eum passibus amoris.

CAPUT III.

Possedit agrum de mercede iniquitatis.

Act. 1. c.
De Iuda traditore.
In exp. B.
Iob. l. 9. c. 19

DE Iuda traditore per beatum Petrum Apostolum dicuntur: *Hic possedit agrum de mercede iniquitatis.* Nequaquam enim pretio sanguinis agrum figuli possidere Judas potuit, qui relatis triginta argenteis, traditionis crimen criminosoire in le prostratus morte mulctavit. Sed possedit, dictum est, possidere fecit.

CAPUT IV.

Act. 1. d.
Et cecidit fors super Matthiam, et adnumeratus est cum undecim Apostolis.

De significatione undenarij numeri.
In exp. B.
Iob. l. 32. c.
12. c. fin.
Psal. 11.

OMNE peccatum undenarium est: quia dum per verfa agir, decalogum transi. Et quia in cilio peccatum plangitur, hinc est quod in tabernaculo vela cilicina undecim sunt. Hinc per undecimum Psalmum dicitur: *Salvum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus.* Hinc Petrus in undenario numero remanere Apostolos metuens, Matthiam duodecimum, sorte missa, requisiuit. Nisi enim signari culpam per undenarium cerneret, implere numerum Apostolorum tam festinè duodenario non curaret.

CAPUT V.

Act. 2. a.
Factus est repente de cælo sonus tanquam advenientis spiritus vehementis.

De adventu S. Spiritus.
In exp. B.
Iob. l. 5. c. 27

m. prime.
Iob. 4.

SPiritus sanctus à Patre procedens, & de eo, quod est Filij accipiens, nostræ tenuiter notitiae infirmitatis infunditur. Qui tamen super Apostolos veniens, per exteriorum sonum tanquam per vehementem spiritum demonstratur, cùm dicitur: *Dum completeretur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco,* & factus est repente de cælo sonus tanquam advenientis spiritus vehementis. Sanctus enim Spiritus cùm se notitiae humanae infirmitatis insinuat, & sonitu vehementis spiritus, & vocelis auræ exprimitur, sicut in libro beati Job legitur: *Et vocem quasi tenis aure audiui.* Quid enim per vocem auræ, nisi cognitio sancti Spiritus des-

Agnatur? Sanctus itaque Spiritus veniens, lens est, & vehemens: lenis, quia notitiam suam, quatenus cognosci utcumque valeat, nostris sensibus temperat: vehemens, quia quantumlibet hanc temperet, adventu tamen suo infirmitatis nostra exercitatem illuminando perturbat. Illustratione enim sua nos leniter tangit, sed inopiam nostram immaniter concurrit.

942

CAPUT VI.

Et replevit totam domum, ubi erant sedentes. *Act. 2. n.*

IN Scriptura sacra per septenarium numerum, ali quando universitas presentis hujus temporis premarit quod septem dies agitur, per octonarium vero numerum vita perpetua designatur: quam sua nobis Dominus resurrectione patefecit, cùm Dominus scilicet die surrexit. Propter hunc ergo sepratum numerum temporalia, octonarium vero aeterna signantem, super centum viginti fideles in cenculo residentes Spiritus sanctus effusus est. Per seprum quippe & octo, quindecim componuntur, & si ab uno usque ad quindecim numerando paulatim per incrementa colligimus, usque ad centesimum, & viceversum numerum pervenimus. Quia scilicet effusione sancti Spiritus didicerunt, ut & temporalia tolerando transirent, & æterna inhianter appeterent.

CAPUT VII.

Et apparuerunt illis dissipitæ lingue, tanquam ignis: sedisque supra singulos eorum. *Act. 2. 4.*

SCiendum est quoniam, aut per semetipsum De modo minus loquitur, aut per creaturam Angelicam divine locutus ad nos verba formantur: sed cùm per semetipsum loquitur, sola nobis vis interne aspirationis appetitur. Cùm per semetipsum loquitur, de verbo eius sine verbis ac syllabis cor docetur: quia virtus ab initio, ejus in intima quadam sublevatione cognoscitur, ad quem mens plena suspenditur, vacua gravantur; pondus enim quoddam est, quod omnem animam, quam replet, levat. Lumen incorporeum est, quod & interiora replet, & repleta exteriū circumscribat; sine strepitu sermo est, qui & auditum aperit, & habere sonitum neficit. Quod enim de adventu sancti Spiritus scriptum est: *Factus est repente de cælo sonus tanquam advenientis spiritus vehementis,* & replevit totam domum, ubi erant sedentes: *& apparuerunt illis dissipitæ lingue, tanquam ignis, sedisque supra singulos eorum.* Per ignem quidem dominus apparuit, sed per semetipsum locutionem interiorum fecit. Et neque ignis Deus, neque ille sonitus fuit, sed per hoc, quod exteriū exhibuit, expressit hoc, quod interius gestit. Quia enim discipulos & zelo successos, & verbo eruditos intus reddidit, foris linguis igneas ostendit. Insignificatione igitur admota sunt elementa, ut ignem, & sonitum sentirent corpora: igne verò invisibili, & voce sine sonitu docerentur corda. Foris ergo fuit ignis, qui apparuit, sed intus qui scientiam dedit. Et cùm regina Candacus eunuchus currui praefidens iter carperet, & Ita am in manibus, non intelligens, haberet, in corde nimurum Philippo Spiritus dixerat: *Adjunge te ad currum.* Et cùm ad evocandum Petrum, timentes Dominum milites Cornelius dimisserit, in mente proculdubio à Spiritu Petrus audivit: *Ecce viri tres querunt te. Surge itaque, & descend, & rade cum eis.* Spiritum enim Dei quasi quedam nobis verba dicere, est occulta vi ea, quæ agenda sunt, intimare, & cor hominum ignorarum non adhuc.

bito strepitu, & tarditate sermonis, peritum repente de absconditis reddere.

CAPUT VIII.

Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabant eloqui illis.

*Act. 2. 4
De effusione gratiae S. Spiritus, Hom. 30. in Evang. ante mod.*

AUDISTIS, fratres, quia Spiritus sanctus super discipulos in igneis linguis apparuit, omniumque linguarum scientiam dedit, quid scilicet hoc miraculo designans, nisi quod sancta Ecclesia eodem Spiritu plena, omnium gentium erat vox locutura. Qui vero contra Deum turrim edificare conantur, communionem unius lingua perdiderunt. In his autem, qui Deum humiliter meruebant, lingue omnes unitae sunt. Hic ergo humilitas meruit virtutem, illie superbia confusione. Sed querendum nobis est, cur Spiritus sanctus Patri & Filio coeterum, in igne apparuit, cur in igne simul & linguis, cur aliquando in columba, aliquando vero in igne monstratur, cur super unigenitum filium apparuit in columba specie, & super discipulos in igne, ita ut neque super Dominum veniret in igne, neque super discipulos monstraretur in columba? Per quatuor itaque haec, que proposuimus, solvendo redeamus. Patri namque & Filio coeterum Spiritus in igne monstratur: quia incorporeus, & ineffabilis, atque invisibilis ignis est Deus, quoniam attestante Paulo: *Deus noster ignis consumens est.* Deus quippe ignis dicitur: quia per hunc peccatorum rubigo consumitur. De hoc igne Veritas dicit: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi sit ardeat?* Terra enim vocata sunt corda terrena, que dum semper infimas in se cogitationes congerunt, a malignis spiritibus conculcantur. Sed ignem Dominus in terram mittit, cum afflato sancti Spiritus corda carnalium inflamat. Terra itaque accenditur, cum cor carnale in suis pravis voluptatis frigidum, relinquit concupiscentias praelentis saeculi, & ardor per amorem Dei. Bene ergo in igne apparuit Spiritus, qui ab omni corde, quod replet, torporem frigoris excutit, & hoc in desiderio sua aternitatis accedit. In igne autem linguis monstratus est: quia idem Spiritus coeterum est filio, & habet cognitionem maximam lingua cum verbo. Verbum quippe Patris est Filius: & quia una est Spiritus, & Verbi substantia, idem Spiritus monstrari debuit in lingua: vel certe, quia per linguam procedit verbum, in linguis apparuit Spiritus: quia quisquis sancto Spiritu tangitur, Dei Verbum, id est, unigenitum Dei filium confitetur. Et negare Dei Verbum non valet, quia iam sancti Spiritus linguam habet: vel certe in linguis igneis Spiritus apparuit quia omnes, quos repleverit, ardentes pariter, & loquentes facit: linguis igneis doctores habent: quia dum Deum amando predicanter, corda audientium inflammant. Nam & otiosus est sermo doctoris, si praebere non valet incendium amoris: hoc doctrina incendium ab ipso Veritatis ore conceperant, qui dicebant: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis cum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?* Exaudito quippe sermone animis inardescit, torporis frigus recedit, fit mens in superno desiderio anxia, a concupiscentiis terrenis aliena: amor verus, qui hanc repleverit, in fleribus cruciat. Sed cum tali ardore cruciatur, ipsis suis cruciatis pascitur: audire ei libet pracepta celestia, & quot mandatis instruit, quasi tot facibus inflammatur. Et quae torpebat prius per desideria, postmodum ardet per verba. Unde bene per Moysem dicitur: *In dextera eius ignea lex. Sinistra quippe reprobis, qui ad sinistram ponendi sunt: dextera*

Hebr. 12.

Dent. 33.

verò Dei appellantur electi. In dextera igitur Dei lex est ignea: quia electi mandata celestia nequam frigido corde audiunt, sed ad hanc amoris intimi facibus inardescunt: sermo ad aurem dueitur, & mens eorum sibimet irata, ex interna dulcedine flamma concrematur. In columba vero Spiritus, & in igne monstratus est: quia omnes, quos repleverit, simplices, & ardentes facit: simplices puritate, ardentes emulacione. Neque etenim placet Deo aut simplicitas sine zelo, aut zelus sine simplicitate. Hinc ipsa Veritas dicit: *Estate prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae.* Quia in re notandum est, quod discipulos suos, nec de columba sine serpente, nec de serpente sine columba, voluit Dominus admonere; quatenus & columba simplicitatem astuta serpentis accenderet, & serpentis astutiam columbae simplicitas temperaret. Hinc Paulus ait: *Nolite pravae effici sensibus.* Ecce prudentiam serpentis audivimus, nunc de simplicitate columbae moneamus: *sed malitia parenti estote;* hinc de beato Job dicitur: *Erat vir iob. 1. simplex, & rectus.* Quae autem rectitudine sine simplicitate, aut que simplicitas sine rectitudine? Quia ergo & rectitudinem docet iste Spiritus, & simplicitatem, & in igne monstrari debuit, & in columba: quatenus omne cor, quod ejus gratia tangitur, & mansuetudinis lenitatem tranquillum, & zelo justitiae fiat accentum. Ad extreum vero quærendum est, cur in ipso Redemptore nostro Mediatore Dei & hominum, per columbam apparuit, in discipulis vero per ignem? Certe unigenitus Filius judex est generis humani: sed quis ejus justitiam ferret, si prius quam nos per mansuetudinem colligeret, culpas nostras per zelum rectitudinis examinare voluisse? Homo ergo pro hominibus factus mitem se hominibus prebeat. Noluit peccatores ferire, sed corrigeri: prius voluit mansuetè corrigeri, ut haberet eos postmodum in iudicio solvere. In columba ergo super eum apparere Spiritus debuit, qui non veniebat, ut peccata jam per zelum percuteret, sed adhuc per mansuetudinem toleraret. At contrà super discipulos in igne debuit Spiritus sanctus demonstrari, ut hi, qui erant simpliciter homines, & ideo peccatores, eos contra semetipsos spiritualis fervor accenderet: & peccata, quæ Deus per mansuetudinem parceret, ipsi in se per penitentiam punirent. Nec ipsi quippe poterant esse sine peccato, qui celesti adhæabant magisterio, Joanne attestante, qui ait: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsis seducimus, & veritas in nobis non est.* In igne ergo venit in homines, in columba vero apparuit in Domino: quia peccata nostra, quæ piè Dominus per mansuetudinem tolerat, nos per zelum rectitudinis debemus cautè conspicere, & ardore semper penitentia cremare. Igitur per columbam Spiritus in Redemptore monstratus est, per ignem vero in hominibus: quia qualiter nobis nostri iudicis facta est severitas temperata, tantè erga se debet fieri nostra infirmitas accentu. Quatuor itaque propositionum exulta ratione penitentis, fratres charissimi, prædicatores nostros, quales Spiritus sanctus reperit, quales fecit. Certe qui in uno conclavi pro iudeorum metu, residabant, nativitatis sue singuli linguam noverant, & tamen nec ea ipsa lingua, quam noverant, aperi Christum loqui presumebant. Venit Spiritus, & in ore eos per diversitatem linguarum docuit, in mente vero ex auctoritate roboravit. Coeperunt & in aliena Christum eloqui, qui de illo prius, & in sua lingua loqui metuerant. Præterea consideremus post incarnationem unigeniti Filij qualis sit solemnitas de adventu Spiritus sancti. Sicut enim illa, ita quoque & hac est honorabilis. In illa quippe Deus in se permanens, semetipsum creavit hominem. In ista vero homines venientes desuper suscepserunt Deum: in illa Deus naturaliter factus est homo, in ista vero homines facti sunt per adoptionem dīj. Si ergo remanere car-

nalia

nales in morte nolumus, hunc, fratres charissimi, vivificantem Spiritum amemus: sed quia caro spiritum necit, dicat fortasse carnali cogitatione apud se aliquis: Quomodo diligere valeo, quem ignoro? Sed cum videre Deum non possumus, habemus aliquid quod agamus, unde iter fiat, quo ad eum nostra intelligentia oculus veniat. Certè quem in se videre nullo modo valemus, habet in servis suis quo eum videre jam possumus: dum enim eos mira conspicimus agere, certum nobis est in eorum mentibus Dominum habitare. Deum igitur ac proximum integrâ mente diligamus, nec Deus enim verè sine proximo, nec proximus verè diligatur sine Deo. Hinc est, quod idem Spiritus sanctus secundò legitur discipulis datus, prius à Domino in terra degente, postmodum à Domino cælo præsidente. In terra datum quippe, ut diligatur proximus: è cælo verò, ut diligatur Deus. Sed cur prius in terra, postmodum è cælo, nisi quod patenter datur intelligi, quia iuxta Joannis vocem: Qui fratrem non diligere videt, Deum, quem non vidit, quomodo potest diligere? Diligamus ergo proximum, fratres: amemus eum, qui iuxta nos est, ut pervenire valeamus ad amorem illius, qui super nos est.

CAPUT IX.

Muso pleni sunt isti.

Quod per vinum fervor Spiritus sancti accipitur. In expof. B. 10. l. 23. c. 5. circ. fin. Matth. 9.

Cum discipuli Domini loquerentur variis linguis, quidam de Iudeis irridentes dicebant: Quia muso pleni sunt isti. In multo sancti Spiritus fervor accipitur, de quo in Evangelio Dominus dicit: Vinum novum mittunt in uires novas. Ex quo dum repente replerentur Apostoli, dum linguis omnibus loquerentur, à Iudeis nescientibus, sed tamen verè attestantibus, dictum est: *Himuso pleni sunt.*

CAPUT X.

Petrus Iudeos increpat.

De bona operacionis edificatio. Cura P. p. 3. c. 35. ante med.

Qui bona needum inchoant, non sunt eis prius edificanda, quæ salubriter diligit, sed destruenda ea, in quibus semetipos nequiter versant. Hinc est quod Petrus prius evertit, ut postmodum confutat: cum nequaquam Iudeos monebat, quid jam facerent, sed de his, quæ fecerant, increpabat, dicens: *Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigiis, & signis, que fecit per illum Deus in medio vestri sicut vos scitis: hunc definito consilio, & praescientia Dei traditum per manus iniquorum affligentes interemisti, quem Deus suscitavit, solitus doloribus in inferni: ut videlicet crudelitatis sua cogitatione destruci, adificationem sanctæ prædicationis quando anxiè quererent, tanto utiliter auditent. Unde & illico responderunt: Quid ergo faciemus, viri fratres? Quibus mox dicitur: Agite penitentiam, & baptizetur unusquisque vestrum. Quæ adificationis verba profectò contemnerent, nisi prius salubriter ruinam suæ destrictionis invenient. Hinc est quod Paulus cum super eum cælitus lux emissa resplenduit, non jam, quid rectè deberet facere, sed quid præve fecisset audivit. Nam cum prostratus requireret, dicens: *Quis es Domine?* protinus respondet: *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.* Et cum repente subiungeret: *Domine, quid me jubes facere?* Illico adjungitur: *Surge, & ingredere civitatem, & ibi tibi dicetur, quid te oporteat facere.* Ecce de cælo Dominus loquens persecutoris sui facta corripuit, nec tamen illico quæ essent facienda monstravit. Ecce elationis ejus fabrica iam tota corruebat, & post ruinam suam humiliæ adificari querebat. Et cum superbia destrui-*

S. Greg. Tom. III.

A tur, adificationis tamen verba retinentur, ut videlicet persecutor immanis diu destruetus jaceret, & tantò post in bonis solidior surgeret, quanto prius funditus eversus à pristino errore cecidisset. Qui ergo nulla adhuc agere bona cœperū, à rigiditate suæ prævaritatis antea manu correctionis evertendi sunt, ut ad statum operationis rectæ postmodum erigantur.

CAPUT XI.

Pœnitentiam agite.

Act. 2. f

Pœnitentia, qui admissa deserunt, nec tamen plan- De satis- fazione pas, quas eti agendo non multiplicant, nullis tamen peniten- tibus mundant. Neque enim qui contumelias ir- tium. rogat, si solūmodo tacuerit, satisfecit: cùm profe- Cura P. p. 3. c. 31. ño necesse sit, ut verba præmissæ superbia verbis sub fin. subiunctæ humilitatis impugnet. Ita & cùm Deo de- linquimus, nequaque fatisfacimus, si ab iniuritate cessamus: nisi voluptates quoque, quas dileximus, è contrario lamentis appositis insequamur. Hinc Paulus ait: *Et hoc quidem fuisse, sed ablutus es, sed 1. Cor. 6. sanctificati es.* Nimirum enim illos emendatior vita sanctificat, quos per penitentiam ablueens affli- & fletum mundat. Hinc Petrus cùm quosdam ter- ritoris malorum suorum consideratione suscipieret, ad- monuit, dicens: *Pœnitentiam agite, & baptizetur u- nusquisque vestrum: dicturus enim baptisma, præmi- fit penitentia lamenta, ut prius aqua se suæ affi- citionis infunderet, & postmodum sacramento ba- ptismatis lavarent. Quia igitur mente, qui transactas culpas flere negligunt, securi vivunt de venia, quando ipse summus pastor Ecclesie huic etiam sacra- mento penitentiam addendam credit, quod pecca- ta principaliter extinguit?* Non autem Deus nostris cruciatis pusebit, sed delictorum morbis medi- camentis contraria medet: ut qui voluptatibus Homil. 9. in delectati ab eo discessimus, fletibus amaricati redca- Ezech. 3. mus: & qui per illicita defluendo escidimus, etiam à licitis nofmetipos restringendo, surgamus. Duo- bus autem modis homines à Deo recessunt, & duo- bus modis à Deo apostata fiunt. Nam unusquisque à Condитore suo, aut fide recedit, aut opere. Sicut ergo, qui à fide recedit, apostata est: ita qui ad per- vertit opus, quod deferuerat, redit, ab omnipotente Deo apostata absque ulla dubitatione depa- bitur, etiam si fidem tenere videatur: Fides enim Iacob 2. nihil valet sine operibus.

CAPUT XII.

Petrus claudum curavit.

Act. 3. a

Sancti viri coram infidelibus, ut eos ad fidem tra- De oslen- shant, miracula faciunt; sed libimetipſis, qua fe- tarione cerint non aſcribentes, hec omnipotentis Dei virtu- miraculo- ti tribuunt, & auctoritati sue gloriam, & laudem red- rum bono- dunt, per quem se posse talia scunt: sicut Petrus rumque cùm sanato homine, qui claudus ex utero matris fue- operum. rat, signum fecit. Quod cùm omnes, qui cognoscere, Ezech. 5. in rent, valde mirarentur, dixit: *Quid miramini in hoc, fin. aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute, aut pietate fecerimus hunc ambulare?* Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus parrus nostrorum glori- ficavit filium suum Iesum. Et paulò post: *In fide nomi- nis eius hunc, quem vidisti & nos, confirmavit no- men eius.* Signum quippe faciens, intuentum ocu- los miraculi lumine perfrinxit; sed humilitatem cu- stodiens, laudem auctori reddidit. De omni verbo bono, quod faciunt, idcirco viri sancti semper laudem Creatori reddunt, ut vera stabilitate persistant in ea virtute, quam accipiunt.

ooo

CAPUT XIII.

A. 5. a. *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.*

De autoritate Apostolorum. In expos. B. 1ob. l. 17. c. 19 non procul à princ. D E sancto Spiritu, qui super discipulos venit, accepserunt ipsi ornamenta virtutis, quos immensa possederat ante fœditas timoris. Scimus enim quod ille Apostolorum primus ante acceptam hujus Spiritus gratiam, quoties, dum mori timuit, vitam negavit: qui non paenit, non afflictionibus, non terribili potestate cuiusquam, sed unius mancipij sola est interrogatione prostratus. Et quidem mancipium, ne lexus firmior terrible demonstraret, ancilla est inquirente tentatus: Rursusque ut talis sexus infirmitas etiam officij sui dejectione vilesceret, non ab ancilla tantummodo, sed ab ostiaria ancilla est requisitus. Ecce quam vilis est ad tentandum persona requisita, ut aperiè proderetur, quanta eum timoris infirmitas possideret, qui nec ante vocem ostiariae ancillæ subsisteret. Sed jam hic paulò ante timidus, qualis post adventum Spiritus extiterit videamus. Certe, Luca teste, didicimus, contra sacerdotes, & principes quanta Dominum auctoritate prædicavit. Nam cùm factò miraculo, quæstio fuisset exorta, & sacerdotum principes, seniores, ac scriba in Apostolorum persecutionem concurrent, eos in medio statuentes, in qua virtute miraculum fecerint, percunctori curaverunt. Quibus repletus Spiritu sancto dixit: *Principes populi, & seniores, si nos hodie dijudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste salvis factus es, notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israël, quia in nomine Iesu Christi Nazaren, quem crucifixisti, quem Deus suscitavit a mortuis, in hoc iste astat coram vobis salvus.* Cumque erga hac persequentiū furore excreceret, eosque sacerdotes ac principes Iesum prædictate prohiberent, contra iram principum, qua auctoritate Petrus excreverit, indicatur, cùm illuc protinus subditur: *Petrus vero & Apostoli dixerunt: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Sed cùm auctoritatē prædicantem, resistentem præcepta non premerent, ad flagella perverterunt. Nam subditur: *Tunc principes sacerdotum cessis dñniciaverunt, ne loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos.* Sed quia virtutem Apostolorum premere nec flagella valuerunt, patenter offenditur, cùm subinfertur: *Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu consilii: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu conumeliam pati.* Mox etiam post flagellorum gaudia, quid agerent, indicatur. *Omni autem die in templo, & circa domos non cessabant docentes, & evangelizantes Iesum Christum.* Ecce ille paulò antè timidus, jam in linguis loquitur, coruscat miraculis, infidelitatem sacerdotum & principum libera voce increpat, ad prædicandum Iesum exemplum auctoritatis ceteris præstat. Ne in nomine ejus loqui debeat, verberibus prohibetur, nec tamen compescitur. Contemnit flagella cædendum, qui paulò ante requirentem verba timuerat, & qui vires ancillæ requisitus expavit, vires principum cæsus premit. Sancti enim jam Spiritus virtute solidatus, hujus mundi altitudines libertatis calce deprimebat, ut in uno esse cerneret, quidquid contra Creatoris gratiam altum tumeret. Hæc ornamenti calorum, hæc sunt dona spiritus, que diversis manifestari virtutibus solent, quas occultæ dispensationis munere divisas Paulus enumerat, dicens: *Alij quidem per spiritum datur sermo sapientia, alijs sermo scientia secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alijs gratia sanitatum in uno spiritu, alijs operatio virtutum, alijs prophetia, alijs diuinatio spiritum, alijs genera linguarum, alijs interpretatio sermonum.* Quæ mox generali definitione concludens, ait: *Hac autem omnia operatur unus atque idem spi-*

1. Cor. 12.

A riens, dividens singulis, prout vult. Prædicatores ergo *nibdem.* sancti nisi promilla paracleti dona perciperent, nullo fortitudinis decore claruerint; sed quia sancti sunt Apostoli virtutum gratia decorati, viæ prædicatio contra infidelium corda convaluit. Unde nullis contra veritatem potestatibus parcunt, sed quos attollunt per elationem conspicunt, per sancti Spiritus auctoritatem premunt. Hinc est quod Petrus, cùm eum sacerdotes & principes etiam per flagella sevientes, in nomine Jesu loqui prohiberent, cum magna protinus auctoritate respondit, dicens: *Si justum est in conspectu Dei, vos patius audire, quam Deum, judicare.* Non enim possumus, que vidimus, & audivimus non loqui. Hinc est quod Paulus cùm resistentem contra veritatem sacerdotum principem cerneret, cumque minister illius alapè percussisset, non maledictum perturbatus intulit, sed repletus Spiritu sancto, libera voce prophetavit, dicens: *Percutiet te Deus, paries dealbate, & tu sedens judicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti?* Hinc est quod Stephanus contra vim persequentiū auctoritatem vocis exercere nec moriturus expavit, dicens: *Dura service, & incircumcis cordibus, & auribus, vos semper Spiritu sancto restititis, sicut patres vestri, ita & vos.* Sed quia sancti viri ad verba tantè altitudinis zelo veritatis, non autem vitio elationis exilunt, ipsi patenter indicant, qui factis dictisque aliis, & quanta humilitate polleant, & erga eos, quos redarguunt quanta charitate fermeant, manifestant: superbia quippe odium generat, humilitas amorem: verba itaque, que amor exasperat, profectè ex fonte humilitatis emanant. Quomodo ergo Stephanus increpationem proferre potuit per elationem, qui pro eiusdem quos increpaverat ad deteriora crescentibus, sequi lapidantibus flexis genibus oravit, dicens: *Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Quomodo Paulus contra gentis suę sacerdotem, & principem, asperatis verba superbiens intulit, qui humilitate se etiam discipulorum servitio substernit, dicens: *Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum, nos autem servos vestros per Christum.* Quomodo Petrus per elevationem principibus restitit: quorum errori compatiens, reatum velut excusat, dicens: *Socio quia per ignorantiā fecisti, sicut & principes vestri. Deus autem qui prænuntiavit per os omnium Prophetarum patrem Christum, implevit sic: quos ad vitam misericorditer trahit, dicens: Pœnitentia igitur, & convertemini, ut deleantur peccata vestra.* Petrus ergo flagellatus à principibus populi, cùm idcirco se relaxari conficeret, ut à prædicatione cessaret, cùm prohiberetur loqui in posterum, nequaquam saltem in p̄fensus cessit: nam respondit protinus, dicens: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Et rursus: *Non enim possumus, que vidimus, & audivimus, non loqui.* Postquam autem libertate vocis auctoritatē principum prestita, postea per humilitatem cordis de non circumcidendis Gentibus Pauli consilium audivit. Sic enim semetipsum contra adversarios ex auctoritate curabat erigere, ut tamen sibi meti ipsi non erederet, in his, que non recte sentiret; ut ex libertate formidinis tumentes potestates excederet, ex humilitate mansuetudinis obedientiam in recte consilio etiam minoribus fratribus exhiberet; & modò per semetipsum aliis, modò & sibi meti ipsi cum aliis obviaret. In factis igitur Petri quoddam ante nostros oculos auctoritatis & humilitatis exemplum ponitur, ut nihil adversitatis metuentes, resistentes Deo, potestates seculi etiam cum corporis laceratione condemnemus: & in his etiam, que inter fideles positi feremus, nequaquam nos ceteris preponamus; nec nostra consilia magis eligentes nobis potius, quam aliis credamus.

S.
GREK
Rij
Tom

A. 4.

A. 5.

CAPUT XIV.

A. 7. Vos semper Spiritui sancto restititis.

De sancto Stephano. Batus martyri Stephanus pro Creatoris sui nomine tentus, & in medio persecutorum deductus, Hom. 18. in imperterritus stetit, fiducialiter docuit, & ex zelo veritatis persecutores suos fortiter increpavit, dicens: A. 7. Vos semper Spiritui sancto restititis. Cumque illi ad lapides currenter, & cum lapidibus necarent, flexo genu pro eisdem persecutoribus oravit, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Quia itaque ista virtus est, sic zelo fervere, ut eis, à quibus terrebatur, perfidiae suae impropria fiducialiter diceret: & sic diligere, ut in morte quoque pro eis, à quibus moriebatur, oraret? Sic quippe ex zelo inferbuit, ac si mansuetudinis nihil haberet: & sic mansuetus in eorum dilectione perficit, ac si contra eos fervoris nihil habuisset. Pensamus inter haec ubi nostra conscientia reatus jacet. Quis enim nostrum, si saltem verbi contumeliam à proximo accepterit, non statim contumeliam reddit, non funditus commovetur, non ad odium erumpit, non præceptum dilectionis oblitus sit. Sed hoc beatus Stephanus ex omnipotenti Dei gratia portuit. Qui cum esset plenus Spiritu Evangelio, intendens in celum vidit gloriam Dei, & Iesum sanctum flammam à dextris, & ait: Ecce video celos apertos, & Iesum sanctum à dextris Dei. Considerandum nobis est, quid est quod Marcus ait: Sedit à dextris Dei. Et Stephanus dicit: Video celos apertos, & sanctum hominis sanctum à dextris Dei? Quid est quod hunc Marcus sedentem, Stephanus vero statem se videre testatur? Sed scitis, fratres: quia sedere iudicantis est, stare verò pugnantis, vel adjuvantis. Quia igitur Redemptor noster assumptus in celum, & nunc omnia iudicat, & ad extremum iudex omnium veniet, hunc post assumptionem Marcus sedere describit, qui post ascensionis suae gloriam iudex in fine mundi videbitur. Stephanus vero in laboris certamine positus statem vidit, quem adjutorem habuit: quoniam, ut iste in terra persecutorum infidelitatem vinceret, pro illo de celo illius gratia pugnavit.

CAPUT XV.

A. 7. g. Et testes deposituerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus, & lapidabant Stephanum.

Quod nec praesumeris de nobis, nec alios judicare debeamus. Hom. 19. in Evangelio. med. Nemo se, fratres, de opere, nemo de tempore exrollat, nemo se alieni de operibus suis præferat: quia de his, quos intuetur, adhuc per culpam frigidos, quantos operatores justitiae, & defensores recte fidei Dominus sit facturus, ignorat. Multos quidem frigidos intra sanctam Ecclesiam, fratres charissimi, cernimus, sed eos nec imitari, nec desplicere debemus. Quid enim sit hodie aspicimus, sed quid cras futurus sit unusquisque, nescimus. Plerumque, & qui post nos venire cernitur, per agilitatem operis boni nos antecedit: & vix eum cras sequimur, quem hodie prære videbamur. Certe cùm Stephanus profide moret, Saulus vestimenta lapidantium servabat. Omnis ergo lapidantium manibus ipse lapidavit, qui ad lapidandum omnes exertos reddidit, & tamen eundem ipsum in sancta Ecclesia laboribus antecessit, quem persequendo martyrem fecit. O qualem hunc militem ad diem belli, pugnareque præparatum velut thesaurem absconditum omnipotens Deus habuit, quem in vita frigida in pravorum vitam repositum, jam runc electum suum latenter diu intra suæ præscientiæ sinum texit! O ad quanta adversariorum pectora ferienda hunc propugnatorem suum cùm voluit ad medium produxit, per cuius S. Greg. Tom. III.

A verba ac redargutiones tot sibi resistentia corda prostravit! Nemo itaque de suis operibus extollatur, nemo desperet eos, quos adhuc frigidos videt: quia qui sint futuri servi Dei inter pravos videre & discernere non valet. Quis enim crederet, quod per apostolatus gratiam lapidantium Stephanum illè præcederet, qui in morte ejus omnium lapidantium vestimenta servavit? Si ergo ad ista dona; vel occulta judicis recurrimus, nullos desperantes omnino, nec illis nos in corde nostro præferimus, quibus pro tempore prælati sumus: quia & si jam videmus quantum præcessimus, nescimus quantum cum currere cœperimus; præcedamur. Duo itaque sunt, qua sollicitè pensare debemus. Primum est, ut de se quisque minime præsumat: quia & jam ad fidem vocatus est, utrum in perenni regno sit dignus, nescit: secundum verò est, ut unusquisque proximum, quem fortasse facere in virtute conspicit, desperare non audeat: quia Divina misericordia divitias ignorat.

CAPUT XVI.

Date mihi hanc potestatem, etc.

A. 8. i.

C Oncepsa potestate prædicationis, concessis miraculis virtutum, Redemptor noster discipulis suis ait: Gratias accepisti, gratis date. Præsicebat namque nonnullos hoc ipsum donum accepti spiritus in usum negotiationis infletere, & miraculorum signa ad obsequium avaritiae declinare. Hinc est quod cum vidisset Simon magus, quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam; dicens: Date & mihi hanc potestatem, ut cunctum imponam manus, accipiat Spiritus sanctum. Per impositionem quippe manus edita miracula concupiscens, percipere donum Spiritus voluit, scilicet, ut deteriori venderet, quod malè comparasset. Cum justum virum descerberet Propheta, ait: Qui excutit manus suas ab omni munere. Non dicit, qui excutit manus suas à muneris, sed adjunxit, ab omni: quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus à manu, aliud munus à lingua. Munus quippe ab obsequio, est subjectio indebet impensa: munus à manu, pecunia est: munus à lingua, favor. Ille igitur ab omni munere manus excutit, qui in divinis rebus non solum nullam pecuniam, sed etiam humanam gratiam non requirit: qui sacros ordines pro humana gratia non largitur, neque de eadem largitate laudis ullam retributionem querit: qui de nullo impenso sanctitatis officio minimum favoris exquirit: quia impositionem manus, qua Spiritus sanctus accipitur, ad vitæ meritum, non ad præmium tribuit.

CAPUT XVII.

Pecunia tua tecum sit in perditionem.

A. 8. i.

E Cum sancti viri maledictionis sententiam proficerent, non ad hanc ex voto ultiōnis, sed ex iudicio examinis erupserunt. Intus enim subtile Dei judicium aspiciunt, & mala foris exurgentia, quia maledictio debeant ferire, cognoscunt: & eō in maledicto non peccant, quod ab interno iudicis non discordant. Hinc est quod Petrus in offerente sibi pecuniam Simonem, sententiam maledictionis interficit, dicens: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Qui enim non ait, est, sed fit: non indicativo, sed optativo modo se hæc dixisse signavit. Hinc Helias duobus quinquagenatis ad se venientibus, dixit: Si homo Dei ego sum, descendat ignis de celo, & consumante, & quinquaginta tuos. Quorum utrumque sententia quanta severitas ratione convaluit,

Ooo ij

terminus cause monstravit. Nam & Simon aeterna perditione interierit, & duos quinquagenarios defuper veniens flamma consumpsit. Virtus ergo subsequens testificatur, qua mente maledictionis sententia promittit. Cum enim & maledicentis innocentia permanet, & tamen eum, qui maledicuntur, usque ad interitum maledictio absorbet, ex utriusque partis fine colligitur, quia ab uno & intimo judeice in reum sententia sumpta jaculatur.

CAPUT XVIII.

A. 9. 4

Saulus adhuc spirans, &c.

De conversione saeculi
Pauli Apo-

Beato Job à Domino dicitur: *Nunquid volet rhinoceros servire tibi, aut morabitur ad praesepem tuum? Nunquid aliis gibus rhinocerotem ad arandum in exposu. B. l. 31. c.* Rhinoceros iste, qui etiam monoceros in *Tob. l. 31. c.* Græcis exemplaribus nominatur, indomitus omnino. *sab init.* no natura est: ita ut si quando captus fuerit, teneri *c. 32.* nullatenus possit; impatiens quippe, ut fertur, illico moritur. Tanta quoque fortitudinis esse dicitur, ut nulla venantium virtute capiatur: sed sicut hi afferunt, qui describendis naturis animalium investigatione laboriosa sudaverunt, virgo ci puerla proponitur, quæ venienti sinum aperit, in quo ille, omni ferocitate postposita, caput deposit: & sic ab eis, à quibus capi queritur, repente velut inermis inventur. Buxei quoque coloris esse describitur, qui etiam cum elephantis, quando certamen aggreditur, eo cornu, quod in nare singulariter gestat, ventrem adversantium ferire perhibetur; ut cum ea, quæ molliora sunt, vulnerat, impugantes se facile sternal. Ejus verò nomen Latina lingua interpretatum sonat, in nare cornu. Et quid aliud in nare, nisi fuita? Quid in cornu nisi elatio designatur? Et quamvis per hunc rhinocerotem, vel certè monocerotem, scilicet unicornem, communiter illæ Juðæorum populus possit intelligi, de quibus passionis suam Dominus Propheta canente pronunciavit, ait: *Libera me de ore leonis: & à cornibus unicorum humilitatem meam.* Tot quippe in illa gente unicones, vel certè rhinocerotes exteruntur, quot contra prædicamenta veritatis de legis operibus singulari, & fatua elatione confusi sunt: ille tamen specialiter ex hoc populo, & prius in superbia, & postmodum præcipuis testis in humilitate nobis ad medium Paulus ducatur, qui, dum contra Deum se quasi de custodia legis nesciens extulit, cornu in nare gestavit. Unde & hoc ipse naris cornu per humilitatem postmodum inclinans, ait: *Qui prius fui blasphemus, & persecutor & contumeliosus, sed misericordiam confectus sum, quia ignorans feci.* In nare cornu gessabat, qui placitum se Deo de crudelitate confidebat, sicut ipse postmodum semeripsum tedarguens dicit: *Et proficiebam in Iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo; abundantius amulor existens paternarum mearum traditionum.* Hujus autem rhinoceroti fortitudinem omnis venator extimuit: quia Sauli levitatem unusquisque prædicator expavit. Scriptum namque est:

1. Tim. 1.

Gal. 1.

A. 9.

Saulus adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, & peccati ab eo epistolas in Damascum ad Synagogas: ut si quis inveniret hujus vita viros ac mulieres, vinculos perducere in Hierusalem. Cum flatus nare reddendus traditur, inspiratio vocatur. Et illud saepe per odorem nare deprehendimus, quod oculis non videntur. Rhinoceros ergo iste nare gestabat cornu, quo percuteret: quia minarum, & cædis in Domini discipulos spirans, postquam præsentes interficerat, absentes quereret. Sed ecce omnis ante illum venator absconditur, omnis homo, id est, rationale sapiens, opinione timoris ejus effugatur. Beatus igitur Job sanctæ Ecclesiæ typum tenenti dicitur:

A *Num volet rhinoceros servire tibi? As si aperte de tob. 39.* beato Paulo dicatur: *Nunquid Saulum, quem superbi in nece fideliū stulta sua elatione consideras, sub jura tue prædicationis inclinas?* Subaudit, utego, qui & contra me illum singulare cornu extollī consipio; & tamen mihi cum voluero, protinus subdo. Ut ergo hunc rhinocerotem capiat, sinum suum virgo, id est, secretum suum, ipsa per se inviolata in carne Dei sapientia expandat. Scriptum quippe est: *Quod cum Damascum pergeret, subito circumclusi illum a media lux de calo, & vox facta est dicens: Saulo, Saulo, quid me persequeris?* Durum est tibi corrra stimulum calcitrare. Qui prostratus in terra respondit: *Quis es Domine?* Cai ille: *A. 9.* *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Et tremens, ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere?* Et Dominus ad eum: *Surge, & ingredere civitatem: & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere.* Virgo nimurum rhinoceroti sinum suum aperuit, cum Saulo incorrupta Dei sapientia incarnationis sue mysterium de calo loquendo pacificavit. Et fortitudinem suam rhinoceros perdidit: quia prostratus humi, omne, quod superbum tumebat, amisit. Intueri libet, ubi est saevus ille persecutor, ubi lupus rapax. Ecce in ovem jam versus est, qui percunctatur pastoris semitam, quam sequatur. Et notandum quod cum diceret: *Quis es Domine?* Non ei à Domino respondet: Ego principium, ego verbum ante sæcula, ego sum unigenitus Patris. Quia enim Saulus incarnatum Deum credere contempsit, & ejus humanitatis infirmitatem despexit, de calo hoc, quod contempsit, audit: *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris,* ac si diceret: Hoc à me audi de superioribus, quod in me despiciis de inferioribus. Autorem cœli venisse in terram despici, ex terra ergo hominem cognoscere de calo, ut tantò in me amplius sacramenta infirmitatis metuas, quanto & hæc perduta in cœlestia ad excellentiam potestatis probas. Prosternens igitur te, nequam quod tibi hoc astrolo, quod ante sæcula Deus sum, sed illud à me audis, quod de me credere dignaris. Postquam enim dixit, *Iesus,* adhuc in expressione terrena inhabitationis subdidit, Nazarenus, velut si apertus diceret: Humilitatis meæ infirma suscipe, & tua superbia duritiam amitte.

CAPUT XIX.

Surge, & ingredere civitatem.

A. 9.

Notandum autem, quod in hac Pauli prostrata De institutione: quoniam qui nulla adhuc agere bona cione pœ- cuperunt, à rigiditate prius sua pravitatis manu nitentium, correctionis evertendi sunt, ut ad statum operationis rectæ postmodum erigantur: quia & idcirco altum silvæ lignum succidimus, ut hoc in aedificiis tegmine sublevemus, sed tamen in fabrica non repente ponitur, ut nimurum prius vitiosa viriditas ejus exsiccatur: cuius quod plus in infinito humor excoquitur, ed solidius ad summam levatur. Hinc est quod Saulus cum super eum calitus lux missa resplendit, non jam, quod rectè deberet facere, sed quid prævè fecisset, audivit. Nam cum prostratus requereret, dicens: *Quis es Domine?* Protinus respondet: *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.* Et cu repente subjugeret: *Domine, quid me iubes facere?* Illico adjungitur: *Surge, & ingredere civitatem: & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere.* Ecce de calo Dominus loquens, persecutoris sui facta corripuit, nec tamen illico quæ essent facienda monstravit. Ecce elationis ejus fabrica jam tota corruerat, & post ruinam suam humili aedificari quærebat. Et cum superbia destruitur, aedificationis tamen verba retinentur, ut videlicet persecutor immanis diu destrutus jaceret, & tantò post in bonis solidius surgeret, quoniam prius funditus eversus ab errore pristino cecidisset. Paulus igitur dum Damascum pergeret *Hom. 9. in Zech.*

superbè Redemptoris voce jacuit prostratus : & qui
predicatores futuri erat , non tamē mox ut predi-
cārē , quod viderat , audīrē , sed ei jacenti dicitur :
*Surge , & ingredere civitatem , & dicetur tibi , quid
te oporteat facere .* Jacens igitur hoc solum audire
potuit , ut surgens diceret quod audierat . Surgens
verò hoc dicitur , ut que ignoraverat , prædicaret :
jacenti dicitur ut surgat : stanti præcipitur , ut ad
prædicationem proficiat debeat . Sic quoque nobis
in infirmitatis confusione jacentibus præberi non
debet auctoritas prædicationis : sed cūm jam in bo-
no opere surgimus , cūm jam rectē stare ceperimus ,
dignum est , ut ad lucrandos alios in prædicatione
mitti debeamus . Querendum præterea nobis est ,
cūm Paulus , & Ezechiel in faciem cadunt , & de
persecutoribus Domini scriptum est : *Abierunt re-
trorsum , & ceciderunt in terram . Quid est hoc , quod
electi in faciem , & reprobi retrorsum cadunt , nisi
quod omnis , qui post se cadit , ibi proculdubio ca-
dit , ubi non vider : qui verò ante ceciderit , ibi ce-
cidit , ubi vider ? Iniqui ergo , quia in invisibilibus
cadunt , post se cadere dicuntur : quoniam ibi cor-
ruunt , ubi quid eos tunc sequatur , modò videare
non possunt . Justi verò , quia in ipsis visibilibus se
sponte dejiciunt , ut in invisibilibus erigantur , quasi
in faciem cadunt : quia timore compuncti videntes
humiliantur .*

CAPUT XX.

*Erat autem discipulus Damasci nomine A-
nanias , & dixit ad illum in utsu Domi-
nus , Ananias . At ille ait : Ecce ego , Do-
mine . Et Dominus ad illum : Surge , &
vade in vicum , qui vocatur Regulus : &
quere in domo Iudea Saulum nomine Thar-
sensem . Ecce enim orat .*

*C*onsideremus , fratres , Saulum , quis fuerit ;
cūm ab ipsa adolescentia lapidantium adjutor
existeret , cūm alia Ecclesia loca vastaret , & acceptis
epistolis vastanda alia peteret , cūm mors ei fidelium
nulla sufficeret , sed semper ad aliorum interitum
aliis extincti anhelaret : & profectè cognoscimus ,
quia nullus tunc fideliūm crederet : quod ad jugum
Deus sua formidinis , vim tantè elationis inclina-
ret . Unde & Ananias voce Dominica hunc , & post-
quam conversum auditiv , extinxit , dicens : *Domi-
ne , audi vi à muli de viro hoc , quanta mala sanctis
tuis fecerit in Hierusalem .*

CAPUT XXI.

*Vade , quoniam vas electionis mibi es si iste ,
ut portet nomen meum coram gentibus ,
et regibus , et filiis Israël . Ego enim of-
fendam illi , quanta oporteat eum pro
nomine meo pati .*

*C*um beatus Job ad Dominum dicat : *Verebar
omnia opera mea , sciens quod non parceres de-
linquenti . Si enim delinquenti non parcitur , quis
ab æterna morte eripitur , cūm à delicto mundus ne-
mo reperiatur ? An penitenti Deus parcit , & de-
linquenti non parcit ? Quia cūm delicta plangimus ,
nequaquam jam delinquentes sumus . Sed quid est
quod Petrus cūm negat , respicitur , & Redemptoris
negati respectu ad lacrymas vocatur ? Quid quod
Paulus cūm Redemptoris nomen in terra conaretur
extinguere , ejus verba de cælo meritis audire ? Sed
tamen in utroque culpa punita est , quoniam de Pe-
tro , teste Evangelio , scriptum est : *Recordatus est**

*A Petrus verbi Iesu , quod dixerat : & egressas foras , Marc. 14.
flevit amare . De Paulo quoque hæc eadem , que Luc. 12.
hunc vocavit Veritas , dicit : *Ego ostendam ei quan-
ta eum oporteat pro nomine meo pati .* Delinquenti ergo
Dominus nequaquam parcit : quia delictum sine
ultione non deserit . Aut enim ipse hoc homo in se
penitens punit , aut hoc Deus cum homine vindicantis
percutit . Nequaquam igitur peccato parcitur ,
quia nullatenus sine vindicta laxatur .*

CAPUT XXII.

*Abiit autem Ananias , et introivit in do- At. 9.
mum , et imponens ei manus , dixit : Sau-
le frater , Dominus misit me Iesu , qui
apparuit tibi in via , qua veniebas , ut
videas , et implearis Spiritu sancto . Et
confessim ceciderunt ab oculis ejus tan-
quam squame , et visum recepit : & sur-
gens baptizatus est .*

*Q*uisquis dum corripitur peccatum suum magis De defen-
excuse defendendo appetit , quād deflere , sion pecc-
quali squamis tegitur , dum à sanctis Prædicatoribus catorum .
gladio verbi jaculatus : squamas habet , & idcirco In expos. B.
ad ejus præcordia transunci viam verbi sagitta non 1ob. 1. 31. c.
habet . Duritia enim carnali repellitur , ne spiritua- 24. ante
lis ei gladius infligatur . Carnali sapientia contra med.
Deum Saulus obduraverat , quando cor eius nulla
prædicationis Evangelica sagitta penetrabat . Sed
postquam fortis calitus increpatione jaculatus , & su-
perno respectu cæcatus est , lumen quippe , ut acci-
peret , amisit ; ad Ananiam veniens illuminatur . In
qua illuminatione , quia defensionum suarum duriti-
a caruit , bene de eo scriptum est : *Ceciderunt quasi 1ob. 9.
squame ab oculis ejus .* Carnalis videlicet regumentum illum duritiam preferat , & idcirco radios veri lu-
minis non videbat . Sed postquam superba repug-
naciones ejus viæ sunt , defensionum squame ce-
ciderunt . Quia quidem sub Ananiam manibus ab
oculis ceciderunt corporis , sed antè jam sub Domi-
nica increpatione ceciderant ab oculis cordis . Cūm
enim alte invectionis jaculo confossus jaceret , hu-
mili jam , & penetrato corde requirebat , dicens :
*Domine , quid me vis facere ? Repulsi videlicet squa- 1ob. 9.
mis , jam ad cordis viscera veritatis sagitta pervene-
rat : quando deposita elatione superbia eum , quem
impugnauerat , Dominum confitens , & quid ageret
nesciens , requirebat .*

CAPUT XXIII.

*Paulus autem multò magis convalesebat , At. 9.
et confundebat Iudeos qui habitabant
Damasci : affirmans , et docens , quo-
niam hic est Christus .*

*E*alus igitur , dum sublati oculorum lumine , item de manu ad Ananiam ducitur , patet jam rhinoceros iste quibus loris Dei astrigitur : quia videlicet Pauli .
uno in tempore , cæcitate , baptismate , prædicatio- In expos. B.
ne negligatur . Qui etiam ad Dei prælepē moratus est : 1ob. 1. 31. c.
quia ruminare verba Evangelij dignatus non est , à princ. 10. procul
autem : *Ascendi Hierosolymam cum Barnaba , af-
sumpto & Tito . Ascendi autem secundum revelatio-
nem , & contuli cum illis Evangelium .* Et qui prius
jejonus audierat : *Durum est tibi contra simulum cal-
citrare : mira postmodum virtute præsidentis preflus
verbi paulo vires obtinuit : & superbia calcem
amisit , lorisque Dei non tantum à feritate restringi-
tur , sed quod magis sit mirabile , ad arandum ligatur ; ut non solum homines crudelitatis cornu non*

○○○ iii

955

imperat, sed etiam eorum refectioni serviens aratum prædicationis trahat. Ipse quippe de evangelizantibus, de arantibus dicit: *Debet enim in spe, qui arat, arare; qui triturat, in spe fructus percipiendi.* Qui igitur tremenda prius fidelibus irrogaverat, & pro fide postmodum flagella libenter portat; qui scriptis etiam epistolis humilis & despectus predicit, quod dudum terribilis impugnabat: profecto bene ligatus sub aratro desudat ad segetem, qui fuerat in campo malè liber à timore. Repente quippe commutatus ab hoste prædicator efficitur, & in cunctis mundi partibus Redemptoris sui nomen insinuat. Supplicia pro veritate tolerat, pati se que irrogaverat, exultat, alios blandimenti vocat, alios ad fidem terroribus revocat: istis regnum pollicetur caelestis patriæ, illis minatur ignes gehenna. Hos per auctoritatem corrigit, illos ad viam rectitudinis per humilitatem trahit; atque in omni latere de manu se sui rectoris inclinat, & tanta arte Dei aream congregat, quanta ad illam prius elatione ventilabat. Sed neque hoc abhorret à Paulo, quod rhinoceros buxei coloris dicitur: & elephantorum ventres cornu ferire perhibetur. Quid enim per colorem buxeum, nisi abstinentia pallor exprimitur? cui ipse si tenaciter adhærere testatur, dicens: *Castigo corpus meum, & servitutis subjicio.* Qui divinae legis eruditione præditus, dum aliorum ingluviem redarguit, cornu elephantes in ventrem ferit. In ventre quippe elephantes percutserat, cum dicebat: *Multi ambulant, quos sāpe dicebam vobis; nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi: quoniam suis interitus, quorum venter Deus est, & gloria in confusione ipsorum.* Et rursus: *Huiusmodi Christo Domino non serviant, sed suo ventri.* Cornu suo igitur rhinoceros iste non jam homines, sed bestias percudit: quando Paulus illa doctrina suæ fortitudine nequam perimendos humiles impedit, sed superbos ventris cultores occidit.

CAPUT XXV.

Erat autem Paulus cum discipulis intrans, & exiens in Hierusalem, & fiducialiter agens in nomine Domini: loquebatur quoque Gentibus, et disputabat cum Gracis: illi autem querebant eum occidere.

Si cor peccatoris, qui in malitia sua manet immobile, sancti Spiritus gratia superna munere infusa spiritus tetigerit, mox peccataris mentis duritiae à suæ immobilitatis obstinacione permutatur, & ror Divini mutat quos munericus infusus post libenter injurias tolerat, quas prius vehementer irrogabat: post etiam sua tribuit, *Job. 1.11. c. 6.* *In expof. B.*

B qui prius aliena rapiebat: post carnem abstinentio ante meditacionem crucis: qui prius fatigatae carnis per mortifera turpitudinum oblectamenta defluebat: post etiam persecutores diligat, qui prius diligere etiam se amantes nolebat. Liber in hujus rei exemplum unum è multis ad medium, Paulum vocare: qui cum acceptis contra Christum epistolis Damascum pergeret, sancti Spiritus gratia in itinere infusus, ab illa sua protinus crudelitate mutatus est, & postmodum plaga pro Christo accepit, quas veniebat inferre Christianis. Et qui prius carnaliter vivens in mortem conabantur sanctos Domini tradere, gaudet postmodum pro vita sanctorum vitam sua carnis immolare: & qui prius fuit blasphemus & persecutor, humilius post factus est, priusque prædicator: & qui lucrum maximum putavisse in discipulis Christum occidere, jam vitam suam Christum astimat, & mori lucrum. Mens igitur Pauli mox, ut Spiritus sancti gratiam accepit, statim sua immobilitatis, & crudelitatis immutavit. In ejus conversione possumus perpendere: quia majus est miraculum prædicatio. *Dial. 1. c. 17. p. 17. modus*

Cum implerentur autem dies multi, consilium fecerunt Judæi, ut eum interficerent. Notæ etiæ sua loca autem factæ sunt insidiæ eorum Paulo. Custodiemutant. *Dial. 1.2. c. 3.* Accipientes verò discipuli ejus nocte, per murum dimiserunt eum, summittentes in sporta. Sæpe agitur in animo perfectorum (quod silentio præterendum non est) quia cum labore suum sine fructu esse considerant, in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Unde iste quoque egregius prædicator, qui, *dispoli cupit, & cum Christo est: Cui vivere Christus est, & mori lucrum,* qui certamina passionum non solum ipse appetit, sed ad tolleranda haec & alios adhortatur. Damasci persecutionem passus, ut potuisset evadere, murum, funem, sportamque quaesivit, seque latenter deponi voluit. Nunquidnam Paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro Jesu amore restatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse conspiceret, & gravi labore ad laborem se alibi cum fructu servavit. Fortis etenim prædicator Dei teneri intra claustra noluit, certaminis campum quaesivit.

CAPUT XXIV.

*Dimissus sum per murum.**Act. 9. c.*

Qua de causa elegerunt Judæi, ut eum interficerent. Notæ etiæ sua loca autem factæ sunt insidiæ eorum Paulo. Custodiemutant. *Dial. 1.2. c. 3.* Accipientes verò discipuli ejus nocte, per murum dimiserunt eum, summittentes in sporta. Sæpe agitur in animo perfectorum (quod silentio præterendum non est) quia cum labore suum sine fructu esse considerant, in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Unde iste quoque egregius prædicator, qui, *dispoli cupit, & cum Christo est: Cui vivere Christus est, & mori lucrum,* qui certamina passionum non solum ipse appetit, sed ad tolleranda haec & alios adhortatur. Damasci persecutionem passus, ut potuisset evadere, murum, funem, sportamque quaesivit, seque latenter deponi voluit. Nunquidnam Paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro Jesu amore restatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse conspiceret, & gravi labore ad laborem se alibi cum fructu servavit. Fortis etenim prædicator Dei teneri intra claustra noluit, certaminis campum quaesivit.

Phil. 1.

Dum resurrectionem carnis de Lazari virtutibus tacetur: nam post resurrectionem anima capere nostra infirmitas non valet quanta in sacro eloquio de Pauli virtutibus dicuntur. Quod illius prædicione crudelissima nationes ad pietatis mollia conversa sunt viscera. Quod mori cupit pro fratribus, in quorum prius morte gaudebat. Quod plenus omnis Scriptura scientia, nihil se scire judicat, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Quod pro Christo virginis *1. Cor. 1.* libenter cæditur, quem gladiis insequebatur. Quod apostolatus honore sublimis est, sed tamen sponte fit parvulus in medio discipulorum. Quod ad cali tertii secreta ducitur, & tamen mentis oculum per compunctionem reflectit, ad disponendum cubile conjugatorum, dicens: *Vxori vir debitum reddat, similiter & uxor viro.* Quod admiscetur in contemplatione cætibus Angelorum, & tamen non aspernatur cogitare, & disponere facta carnalium. Quod gaudet in infirmitatibus, sibique in contumelias placet. Quod ei vivere Christus est, & mori lucrum. Quod totum jam extra carnem est hoc ipsum, quod vivit in carne. Ecce qualiter vivit, qui ab inferno mente ad vitam pietatis rediit. Minus est ergo quempiam in carne suscitari, nisi forte cum per vivificationem carnis ad vitam reducatur mentis, ut hoc ei agatur per miraculum exterius, quatenus conversus integrus vivificetur.

S.
GREEK
Ri
Horn

CAPUT XXVI.

Act. 9. f

Aenea, sancte Dominus Iesus.

De reque bona ope- **I**n scriptura sacra aliquando per stratum repausatio-
rationis. **A**póstolus: *Aenea, sancte Dominus Iesus Christus: surge, & sterni tibi.* Quid est dicere, *surge, nisi mala, qua perpetrasti, derelinque?* Et quid est dicere, *sterni tibi, nisi mercedis causas, in quibus requiescere debetas, operare?* ut & deferat surgendo quod fecit, & inveniat sternendo quod fecerit. **Q**uo utrumque breviter Propheta comprehendit, dicens: *Declina à malo, & fac bonum. Declinare quippe à malo, est ab eo, quo jacuit, surgere: bonum verò facere, est mercedis opera, in quibus requiescere debeat, præparare. Qui enim declinat à malo, sed bona adhuc non facit, surrexit quidem ab eo, quo jacuit, sed ubi requiescere debeat, neccum stravit.*

ff. 30.

CAPUT XXVII.

Act. 9. g

Tabitham Petrus suscitavit.

De Tha- **Q**ui devota mente Deo adhærent, cùm rerum necessitas exposcit, exhibere signa duobus modis solent, ut mira quæque aliquando ex prece faciant, aliquando ex potestate. Cùm enim Joannes dicit: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Qui filii Dei ex potestate sunt, quid mirum si signa facere ex potestate valeant?* Quia enim utroque modo miracula exhibeant, restatur Petrus, qui Tabitham mortuam orando suscitavit: Ananiam verò & Saphiram mentientes, morti increpando tradidit. Neque enim orasse in eorum extincione legitur, sed colummodò culpam, quam perpetraverant, increpasse. Constat ergo, quia aliquando hac ex potestate, aliquando vero exhibent ex postulatione: dum & istis vitam increpando abstulit, & illi reddidit orando.

Dial. 1. 2. c.
jo. cr. med.

CAPUT XXVIII.

Act. 10. a
*Orationes tuae, & eleemosyna ascenderunt in conspectu Dei.*De Corne-
lio Centu-
tione &
profectu
fidei.
Hom. 10. in
Ezecl. longe
ante med.

Heb. 11.

Vir quidam erat in Cesarea nomine Cornelius, religiosus, & timens Deum. Nequaquam ex virtutibus venitur ad fidem, sed per fidem pertingitur ad virtutes. Cornelius enim Centurio, cuius eleemosyna ante baptismum, Angelo teste, laudatae sunt, non ex operibus venit ad fidem, sed ex fide venit ad opera; nam & ei per Angelum dicitur: *Orationes tuae, & eleemosyna ascenderunt in conspectu Dei.* Si enim Deum verè, & ante baptismum non crediderat, quid orabat: vel quomodo omnipotens Deus hunc exaudierat, si non ab ipso se in bonis perfici perebat? Sciebat igitur Creatorem omnium Deum, sed quid ejus omnipotens Deus filius incarnatus esset, ignorabat. Neque enim poterat bona agere, nisi ante credidisset: scriptum quippe est: *Sine fide impossibile est placere Deo.* Fidem ergo habet, cuius orationes & eleemosyna placere possunt. Bona autem actione promeruit, ut Deum perfectè cognosceret, & incarnationis ejus mysterium crederet, quatenus ad sacramenta baptismatis pervenire. Per fidem ergo venit ad operationem, sed per opera est solidatus in fide.

CAPUT XXIX.

*Et nunc mitte viros in Ioppen, et accersi. Si- act. 10.
monem, qui cognominatur Petrus: hic di-
cet tibi, quid te oporteat facere.*

Nec fides sine operibus, nec opera sine fide adjuvant, nisi fortasse pro fide percipienda fiant: sicut Cornelius antè pro bonis operibus meruit audi-
re, quād fidelis existeret. Quia ex re colligitur: quia bona opera pro fide percipienda faciebat. Nam cui ab Angelo dicitur: *Orationes tuae, & eleemosyna ascenderunt in memoriam in conspectu Dei:* & mox pro eadem ascensione præcipitur, ut ad Simonem mittat, qui ei veniens prædicare debeat, constat quia hoc pettit, unde meruit exaudiri.

Homil. 9. in
Ezech. 36. 26.
prœcul à
principi.

CAPUT XXX.

*Ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa act. 10. b
horam sextam: et cum esuriret, voluit
gustare. Parantibus autem illis, cecidit
super eum mensis excessus: et vidit celum
apertum, et descendens vas quoddam,
velut linteum magnum, quatuor initis
summitti de celo in terram: in quo erant
omnia quadrupedia, et serpentina terra,
et volatilia celi, etc.*

Apostoli rectè catuli sancta Ecclesiæ vocari pos-
sunt, qui in Ecclesia editi, adversantem mun-
dum ore rapuerunt. Iti catuli neccum post passio-
nem Domini, sancti Spiritus infusione solidati, clau-
sis foribus quasi in quibusdam abditis specubus suis
rapturi mundum cubabant: ut animalium prædam
postmodum præsumentes diriperent, ut culpam
nostram interficerent, omnemque in nobis peccati
vitam necarent. Horum primo illi esurienti catulo, *In expos. B.*
sed jam valenti offensa per linteum Gentilitate, quasi *lob. 1. 33. c.*
monstrata præda dicitur: *Macta, & manduca.* Sub *16. cir. med.*
typo fortis mulieris Salomon de sancta Ecclesia dicit:
Sindonem fecit, & vendidit. Quid signatur linteo *pro. 31.*
sindonis, nisi subtilis intextio sanctæ prædicationis?
in qua molliter quiescitur: quia mens in illa fide-
lium spe superna refovetur. Unde & Petro anima-
lia in linteo demonstrantur: quia peccatorum ani-
ma misericorditer aggregata, in blanda fidei quiete
continentur. Hanc ergo sindonem Ecclesia fecit,
& vendidit: quia fidem, quam credendo meruerat,
loquendo dedit, & ab infidelibus vitam rectæ con-
versationis accepit.

De Apos-
tolo.
In exp. B.
lob. 1. 30. c.
17. sub mit.

CAPUT XXXI.

*Et facta est vox ad Petrum: Surge, Petre, ad. 10. b
occide, et manduca.*

Esæcta Ecclesia male viventes in vitiis interficit *In expos. B.*
sore sanctæ prædicationis. Sancti quippe Aposto- *lob. 1. c. 15.*
li, & pastores alij in Ecclesiæ corpore, quasi dentes *sub mit.*
idcirco sunt positi, ut vitam carnalium correptione
mordeant, eamque à sua duritia pertinaciæ confin-
gent. Unde & Apostolorum, & Pastorum primo
quasi denti in Ecclesiæ corpore posito, offensis in
figura Gentibus, dicitur: *Macta, & manduca.* Quod
enim mactatur, à vita occiditur: id verò, quod co-
meditur, in comedentis corpore commutatur. Ma-
cta ergo & manduca dicitur, id est, vetustatem ea-
rum contere, & à peccato eas, in quo vivunt, in-
terfice: & in corpus Ecclesiæ, videlicet in tua mem-
bra illas converte.

CAPUT XXXII.

Act. 10. c Ecce viri à Cornelio misi inquirentes domum Simonis, steterunt ad januam.

De prophetia.
Homil. 1. in Ezec. circ. med.

A Liquando prophetæ spiritus in præsenti mense ex parte tangit, & ex parte non tangit. Quod Petri Apostoli testatur historia, cum à Cornelio milites misi, ei sunt per Spiritum nunciati. Scriptum quippe est: *Dixit Spiritus ei: Ecce viri tres quarunt te. Ad quos ille descendit, & requiriens, dixit: Quæ causa est, propter quæ venisti? cuius verbis ostenditur, quia eandem causam per Spiritum non audierat, quam à militibus requirebat. In præsenti ergo mentem Petri Spiritus & ex parte tetigerat, & ex parte non tetigerat: quia & adesse milites dixit, & pro qua causa venerant, tacuit.*

CAPUT XXXIII.

Act. 10. d Factum est cum introisset Petrus, obvius ei venit Cornelius: et procidens ad pedes ejus, adoravit.

De conversione
prælatorum.
*In expof. 1ob. l. 21.c.
10. cir. med.*

B Ona est ordine suo potentia, sed cauta regentis indiget vita. Bene igitur hanc exercet, qui per illam scilicet super culpas erigi, & scilicet cum illa ceteris æqualitate componi. Sancti itaque viri, qui præfunt, cum deest virtutum, quod corrigitur, non de excellentia potestatis, sed de conditionis æqualitate gaudent; & non solum à subiectis metui, sed etiam plusquam necesse est, refugiunt honorari. Neque enim levele perpeti damnum humilitatis credunt, si ab eis pro merito fortasse ordinis pluris estimantur. Cùm ergo potentie temporalis ministerium sufficiatur, summa cura vigilandum est, ut sciat quisque & æqualem se cum illa ceteris cernere, & tamen se peccantibus zelo ultiōnem præferre. Quam discretionem plenius cognoscimus, si primi Paſtoris exempla cernamus. Petrus enim, auctore Deo, Ecclesia principatum tenens, à bene agente Cornelio, & scilicet humiliante ei prosterente, immoderatius venerari refugiens, honorem super se sibi oblatum recusavit, & ad æqualitatem conditionis sua cūcīus recurrens, se illius similem recognovit, dicens: *Surge ne feceris, & ego ipse homo sum. Quis enim nesciat, quid homo Conditoris debet, & non homini prosterni?* Quoniam igitur humiliari sibi plusquam debuit, proximum vidit, ne ultra humanitas metas mens intumesceret, se hominem esse recognovit: quatenus illati sibi honoris elationem frangeret, ex considerata æqualitate conditionis. Sed cūm Ananias, & Saphira culpam reperit, mox quanta potentia super ceteros excrevisset, ostendit: verbo enim eorum vitam perculit, quam spiritu perscrutante deprehendit: & summum se intra Ecclesiam contra peccata recoluit, quod honore sibi vehementer impenso, coram bene agentibus fratribus non agnovit. Illuc communionem æqualitatis meruit sanctitas actionis, hic zelus ultiōnis ius aperuit potestatis. Paulus bene agentibus fratribus, prælatorum se esse nesciebat, cūm diceret: *Non quia dominum nunc fidei vestre, sed adiutores sumus gaudi vestri.* Atque illico subiunxit: *Fide enim statis, ac si diceret: Ideo non dominamus fidei vestre, quia fide statis.* Æquales enim vobis sumus, ubi vos stare cognoscimus. Quasi prælatorum se fratribus esse nesciebat, cūm diceret: *Fati sumus parvuli in medio vestrum.* Et rursus: *Nos autem servos vestros per Iesum Christum: sed cūm culpam, quæ corrigi debuisset, invenit, illico magistrum se esse recoluit, dicens:*

Act. 10.

Act. 2.

2. Cor. 1.

1. Thess. 2.

A Quid vulpis? in virga veniam ad vos? Summus itaque locus bene regitur, cūm is, qui præfet, viuis potius, quām fratribus dominatur: vitiis enim se debent rectores erigere, quorum & causā præferruntur: & per discipulum culpas jure potestatis ferire, sed per humilitatis custodiā æquales se ipsi fratribus, qui corrigitur, agnoscere, & eosdem tacita sibi cogitatione præferre. Illorum namque per eos vitiā rigore discipline feruntur, in his vero quæ ipsi committunt, ne verbi quidem ab aliquo invectione lacerantur. Tantò ergo apud Dominum sunt obligatores, quām inuite peccant apud homines. Disciplina vero prælatorum, subditos tantò divino iudicio liberiores reddit, quām hic eorum culpas sine vindicta non deserit. Servanda est itaque & in corda humilitas, & in opere disciplina. Inter haec autem solerter intuendum, ne dum immoderatius custoditur virtus humilitatis, solvantur juia regimini: & dum prælatus plus se, quām decet, dejicit, subditorum vitam stringere sub disciplinæ vinculo non possit. Teneamus ergo exterius, quod pro aliorum utilitate suscipimus: teneamus interius, quod de nostra estimatione sentimus. Sed tamen decenter quibusdam erumpentibus signis tales nos apud nos esse ipsi etiam, qui nobis commissi sunt, non ignorent, ut de auctoritate nostra, quod formidant, videant: & de humilitate quod imitantur, agnoscant. Servata autem auctoritate regimini, ad eos nostrum sine cessatione redeamus, & consideremus assidue, quid sumus æqualiter cum ceteris conditi, non quid temporaliter ceteris prælati.

*2. Cor. 4.
1. Cor. 4.*

CAPUT XXXIV.

Non est personarum acceptor Deus.

Act. 10. c

Cuncti Apostoli Ecclesiæ ostia existunt, cūm vos sui Redemptoris audiunt: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retineritis, retenta sunt, ac si illis aperte diceretur: Per vos ingredientur ad me hi, quibus vosmetipos panditis, & repellentur hi quibus obseratis. Nec immixta ostia vocantur, quia & ingressum fidelibus aperiunt, & rursus se perfidis, ne ingrediantur, opponunt. Pensamus quale ostium Ecclesiæ Petrus extitit, qui investigantem fidem Cornelium recepit: pretio querentem miracula Simonem repulit, illi dicens: In veritate comperi, quoniam non est personarum acceptor Deus, secreta regni benignè aperuit huic, inquiens: Peccatoria tua tecum sit in perditionem: per districte damnationis sententiam autem cœlestis adiutum claudit.*

De potestate
Apostolorum.
*In exp. B.
1ob. l. 28. c.
procl. ap.*

CAPUT XXXV.

Paulus lapidatur.

Act. 14. d

V Ir sanctus, & fortis prædicator Domini quid majore persecutione premitur, eò ad prædicandam veritatem acriter instigatur: & cūm patienter persecutores tolerant, ardenter ad se auditores trahere festinat. Videamus Paulum zelo sancti Spiritus inflammatum, quomodo persecutorum minas minime formidat? Quomodo inter supplicia positus, peccatores ad se trahere festinat? sicut scriptum est: *Supervenerunt autem quidam ab Antiochia, & Iconio Iudei, & persuasi turbis, lapidantes Paulum traherunt extra civitatem, & simantes eum mortuum esse. Circundantibus autem eum discipulis, surgens intravit civitatem, & postera die profectus est cum Barnabae in Derben. Cumque evangelizasset civitati illi, & docuerit multos, reversi sunt Lystram, & Iconium, & Antiochiam, confirmantes animas discipulorum. Perpendamus ergo quæ hunc prædicantem possent*

minæ

De Paulo
in Lystris
lapidato.
*In exp. B.
1ob. l. 28. c.
post med.
Act. 14.*

mina compescere, quando cum ab intentione sua non valer mors ipsa prohibere. Ecce lapidibus obruiatur, nec tamen à veritatis sermone removetur. Occidi potest, superari non potest: velut extinctus extra urbem projicitur, sed intra urbem die alio illæsus prædictor invenitur. O quām fortis huic viro ineſt infirmitas! O quām vietrix pœna! O quām dominatrix patientia! Ad arguendum repulione provocatur, ad prædicandam salutem plagis erigitur, ad propellendam laboris lassitudinem pœna refovetur. Nulla ergo hunc adversitas superare potest, quem pœna fovet.

CAPUT XXXVI.

Paulus Timotheum circuncidit.

Ad 16. a. Quod Pau- **I**n una eademque virtute discretionis lineam desferimus, si hanc & aliquando agere, & aliquando cunctidit. Non enim res eadem semper postponere nesciamus. Non enim res eadem semper in expos. B. est virtus, quia per momenta temporum saepe merito, l. 28. c. ta mutantur actionum. Unde sit, cum quid bene longe post agimus, plerumque melius ab ejus actione cesse-

mus, & laudabilius ad tempus deserat, quod in suo tempore laudabiliter tempus tenebat. Nam si pro nostris bonis minimis, quibus actis proficimus, nec tamen intermissis interimus, majora laborum mala proximis imminent, necessarii nos virtutum augmenta seponimus; ne infirmioribus proximis fidei detrimenta generemus, ne tantò jam quod agimus virtus non sit, quām per occasionem suū in alienis cordibus fundamenta virtutum defrustrit. Quam *

**Gregor. Lineam.* vim discretionis bene nobis Paulus ostendit, qui & Gentiles ad libertatem fidei venientes circuncidi prohibuit, & tamen Lystris atque Iconio transiens, ipse Timotheum, qui gentili patre fuerat editus, circuncidit. Videns enim, quod nisi se mandata littera servare ostenderet, Judæorum rabiem etiam in his, qui sibi comites aderant, excitat: assertionis suæ vim postposuit, & sine danno fidei se, suosque

comites à persecutionis immanitate custodivit. Fecit quod fieri fidei amore prohibuit, sed ad fidei regalis ministerium, quod quasi non fideliter fecit. Plerumque enim virtus cum indiscretè tenetur, amittitur: cum discretè intermittitur, plus tenetur. Sed alta consideratione opus est, ne fortasse nequam communis boni consilium, sed timore proprio, vel cuiuslibet ambitionis studio, à virtutis exercitatione cesseretur. Quod nimisrum cum agitur, jam non dispensationi, sed culpæ servitur.

CAPUT XXXVII.

Festina, & exi velociter de Hierusalem.

Ad 16. a. Quod apostoli ve- **P**ropter malos auditores bonis sermo doctribus tollitur, sicut Paulo dicitur: *Festina, & exi ve- lociter de Hierusalem: quoniam non recipient testimoniū tuum de me.* Et sicut volentibus Apostolis prædicare in Asia scriptum est, quia prohibuit eos Spiritus sanctus. (Cū enim Apostoli prædicare Gentibus in Asia voluerint, per Spiritum prohibiti esse memorantur,) & tamen ipse, qui prius prædicationem prohibuit, hanc Asianorum cordibus postmodum infudit: nam diu est quod Asia cuncta jam creditit. Idcirco ergo prius prohibuit, quod postmodum fecit: quia tunc in illa erant, qui salvandi non erant. Tunc in illa erant, qui neclum reparari merebantur ad vitam. Sed tamen utiliter eiis prædicationis officium subtrahitur, ne gravius de contempta prædicatione judicari mererentur. Subtili ergo occulto judicio à quorundam auribus prædicatione sancta subtrahitur, quia suscipiunt per gratiam non merentur.

S. Greg. Tom. III..

CAPUT XXXVIII.

*Mundus sum à sanguine omnium.**Ad 20. f.*

MUltum sibi connexa sunt peccata subditorum, & præpositorum: quoniam ubi subjectus ex sua culpa moritur, ibi is, qui præfet, quoniam tacuit, reus mortis tenerur. Pensate ergo, fratres charissimi, pensate, quia & quod nos digni pastores non sumus, etiam ex vestra culpa est, quibus tales prælati sumus. Et si quando vos ad iniuriam defluitis, etiam ex nostro reatu est, quod obſistentes, & reclamantes in prævaricatis defideritis non habetis. Vobis ergo & nobis parecitis, si a pravo opere cefſatis: vobis & nobis parcimus, quando hoc quod displaceat, non tacemus. O quām liber à commissorum sibi sanguine fuerat Prædictor egregius, qui dicebat: *Mundus sum à sanguine omnium: non enim subterfugi, quo minus annunciarē omne consilium Dei vobis.* Si enim non annunciat, mundus à sanguine non fuisset: sed quibus omne consilium Dei annunciare studuit, ab corum sanguine mundus fuit. In qua voce & nos convenimur, nos constringimur, nos rei esse ostendimur, qui sacerdotes vocamus, qui super ea mala, que propria habemus, alienas quoque mortes addimus: quia tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi, & tacentes videmus; ut rei de subiectorum morte animarum constringimur, quæ semper vivere potuissent, si verba correctionis audirent.

CAPUT XXXIX.

*Virum, cuius hac zona est, sic alligabunt in Hierusalem.**Ad 21. g.*

Quia nonnunquam nobis hujus mundi jubeatur adversa, sciendum sumus opere est, quod si obedientia. tunc de suo aliiquid non habeat, minima est obedientia. in expos. B. Nam cū hujus mundi despiciens principiatur, cū probra adipisci, & contumelias iubentur, 1ob. 1. 33. c. 10. nisi hæc ex semetipso animus appetat, obedientiae sibi meritum minuit: quia ad ea, quæ in hac vita despecta sunt, invitus nolenque descendit: ad detrimentum quippe obedientia ducitur, cū men- D tamen ad suscipienda hujus sæculi probra, nequam ex aliqua parte etiam sua vota comitantur. Debet igitur obedientia in adversis ex suo aliiquid habere, quatenus tantò sit gloriosior, quantò divino ordini jungitur, etiam ex desiderio. Sed hoc pondus virtutis melius ostendimus, si factum beati Pauli memoremus. Paulus divinitus fuerat, ut Hierosolymam ascendere debuisset, admonitus, sicut ipse Galatis dicit: *Deinde post annos quatuordecim iterum Gal. 2. ascendit Hierosolymam, assumptio Barnaba, & Tito, ascendi autem secundum revelationem.* Ilque cū in itinere Prophetam Agabum reperisset, quanta se adversitas in Hierosolymis maneret, audivit. Scriptum quippe est quod idem Agabus zonam Pauli suis pe- dibus inserens, dixit: *Virum, cuius hac zona est, sic alligabunt in Hierusalem:* à Paulo autem protinus responderet: *Ego non solū alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum pro nomine Iesu: neque enim pretiosorem facio animam meam, quam me.* Præcepitione igitur revelationis Hierosolymam pergens, aduersa cognoscit, & tamen hæc libenter appetit: audit quæ timeat, sed ad hæc ardenter anhelat. Paulus itaque Deo aspera, & dura disponente, se studuit ad graviora præparare, & ad aduersa etiam ex suo voto datur, quia malorum imminentium cognitionem percipit, sed devotione spiritus etiam ad acriora servescit. Præiente ergo beati Pauli infraicta virtute instituimur, ut si palmarum obedientiae PPP

veraciter apprehendere nitimus, adversis hujus sae-
culi etiam ex devotione militemus.

CAPUT XL.

Aet. 23. b De spe, & resurrectione mortuorum ego ju-
dico.

De differ- **S**icut perniciosum est, si unitas desit bonis; ita per-
nicioſus, si non desit malis. Reprorum quip-
lorum, &
de reſurrec-
tione.
In expoſ. B. Prædictor egregius gravi Pharisæorum Sadducæo-
rumque perfecutione deprehensus, eorum unita-
tem perniciſam ſibi Paulus fore conſpiciens, inter
p. 4. v. Cura
p. 23. ſemetipſos dividere ſtuduit, quoſ contra ſe unitos
c. 24. graviter vidit, & clamavit, dicens: *Viri fratres,*
ego Pharisæus ſum filius Pharisæorum. De spe & re-
ſurrec-
tione mortuorum ego judico.

Cura Paſt. **Q**ua nimurum
par. 3. c. 24. voce perculta protinus contra ſe viſitum audiē-
turca ſinem.
mixtum ex
leg. c. citat-
eis.
*Hom. 26. in
Evang.
non procul
à fine.*

tium diſſiluit turba. Dumque Sadducei ſpem, re-
ſurrec-
tionemque mortuorum eſe denegarent, quam
Pharisæi juxta ſacri eloquij præcepta crederent, fa-
cta eſt in persecutorum unanimitate diſſenſio. Cum-
que in duas partes tumultuantum multitudine di-
viditur, Paulo via erectoris aperitur. Quem enim
turba perſequientis unia conſtrinxerat, divisa la-
xabat: & divisa turba Paulus illæſus exiit, qua
hunc unita prius immaniter preſſit. Eripuntur et-
enim iuſti, dum diuiduntur iuſti: & ad perfeſſum
vota pervaeniunt electorum, dum per diſcordiam
confunduntur agmina reproborum. Sed quia ſunt
nonnulli, qui de reſurrec-
tione carnis incerti ſunt,
& hanc tunc rectius docemus, ſi etiam cordium no-
ſtrorum quæſitionibus occulit occurrimus; pauca
nobis de ipla reſurrec-
tionis fide loquuntur. Mu-
lti etenim, ſicut nos aliquando fuimus, dum car-
nem in putredinem, oſſaque in pulvrem redigi per
ſepulera conſpi-
cunt, reparari ex pulv-
re carnem & oſſa diſſidunt, ſicque apud ſe quaſi ratiocinantes
dicunt: *Quando ex pulv-
re homo reduci-
tur? Quando agi-
tur, ut cinis au-
metur?* Quibus breviter re-
ſpondemus: quia longè minus eſt Deo reparare
quod fuit, quam creāſſe quod non fuit. Aut quid

A mirum, ſi hominem ex pulvere reficit, qui ſimul
omnia ex nihilo creavit? Mirabilius nam eſt caelum
& terram ex nullis existentibus condidisse, quam
ipſum ex terra reparare: ſed cinis attenditur, & in
carnem redire poſſe desperatur, & divina virtus
operationis comprehendit quali ex ratione queritur.
Qui ſcilicet hæc ideco in ſuis cogitationibus di-
cunt, quia eis quotidiana Dei miracula ex affi-
ditate viluerunt. Nam ecce in uno grano parvissimi fe-
minis later tota, qua naſcitur eſt, arboris moles.
Conſtituamus enim ante oculos cuiuslibet arboris
mirum magnitudinem, cogitemus unde oriendo
cepit, que ad tantam molem crescendo pervenit:
invenimus proculdubio ejus originem parvissimum
femen. Conſideremus nunc ubi in illo parvo grano
feminis later fortitudo ligni, aſperitas corticis, fa-
poris, odorisque magnitudo, ubertas fructuum, vi-
riditas foliorum. Contraſtatū namque feminis
granum non eſt validum: unde ergo processit ligni
duritia? Non eſt aſperum: unde aſperitas corticis
erupt? Non eſt ſaporousum: unde ſapor in fructi-
bus? Olfactum nihil redoleat: unde odor in fructi-
bus fragrat? Nihil in ſe viride ostendit: unde vi-
riditas foliorum exiit? Cuncta ergo in ſemine ſimul
latent, que tamen non ſimul ex ſemine prodeunt:
ex ſemine quippe producitur radix, ex radice produ-
citur virgultum, ex virgulto fructus oritur, ex fru-
ctu etiam producitur ſemen. Addamus ergo, quia
& ſemen latet in ſemine. Quid igitur mirum ſi oſſa,
nervos, carnem, capilloſque reducat ex pulv-
re, qui lignum, fructus, ſolia in mala mole arboris ex
parvo quotidie ſemine reſtaurat? Cū ergo dubi-
tans animus de reſurrec-
tionis potentia rationem
quærat, carum rerum quæſitiones ei inſerenda ſunt,
que & incessanter fiunt, & tamen ratione comprehen-
di nequam posſunt: ut dum non valer ex vi-
ſione rei penetrare quod conficit, de promiſſione
divina potentia credat quod audit: auxiliante Me-
diatore Dei & hominum Domino noſtro Iesu Chri-
ſto, qui & reſurrec-
tionis gloriam in ſuo iam corpo-
re factam oſtendit, & in ſuis membris futuram pro-
mifit. Qui vivit & regnat cum Deo Patre, in unitate
Spiritus sancti Deus, per omnia ſecula ſeculo-
rum. Amen.

Finis expoſitionis in Aet. Apoſtolorum.

